B. IOANNIS DUNS SCOTI

QUAESTIONES SUPER LIBROS METAPHYSICORUM ARISTOTELIS

LIBRI VI–IX

Edited by

R. ANDREWS, G. ETZKORN, G. GÁL, R. GREEN,
† F. KELLEY, † G. MARCIL, T. NOONE, R. WOOD

GRABMANN-INSTITUT der Universität München

The Franciscan Institute
St. Bonaventure University
St. Bonaventure, N. Y.

1997

[QUAESTIO 4

UTRUM METAPHYSICA SIT DE ENTE]

Utrum metaphysica sit de ente.

[1] Nota rationes ALIBI[1] AVICENNAE quod sic, I *Metaphysicae*[2], propter duo: 1

Quia Deum esse probatur hic, et quia ens est commune ad omnia hic considerata.

Contra: AVERROËS, commento ultimo I *Physicorum*[3]: naturalis solus probat Deum esse. Et ibi finit considerationem: 'genus substantiarum separatarum est subiectum metaphysicae'. 2

Contra AVERROËM: ex quolibet in effectu ostenditur 'quia' causam esse, quia impossibile est effectum esse nisi a causa sive nisi causa sit. Huiusmodi sunt multae passiones metaphysicae: prius, posterius; unum, multa; actus, potentia. Quomodo enim haec causatis insunt nisi sit aliquod unum primum etc.? Quare, ille *qui est, misit*[4]. 3

Item, perfectissimus conceptus de Deo possibilis physico est 'primum movens', possibilis autem metaphysico est 'primum ens'. 4

---

3 Utrum] *praem.* Quaeritur D *adnot. mg.* Quaestio 4 $A^1C^1E^1F^1$ Quaestio 42 B^2 [Q.] 52 L^2 *haec quaest. deest in cod.* G 4 rationes *post* alibi EM rationem CHKL | alibi] septimi H | Avicennae *om.* E *add.* dicit H | quod sic *om.* E | I] *add.* scilicet M | Metaphysicae *om.* E 7 hic considerata] c. hic F 8 Contra] *add.* hoc BF | commento ultimo *om.* F 9 solus] solum H | Deum] de non M | finit] facit BCH fuit D' *restit. mg.* D^2 | genus] generis H' *restit. lin.* H^2 11 Averroëm] Commentatorem Averrois AEM | in] *abrasura* B | quia *post* esse AM quod B 12 causam esse] causa est B | quia] quare C quoniam FB *om.* M | est *om.* CDH | $esse^2$] D' *lin.* L^2 inesse (*lin.* D^2) D^2H | a] *add.* tali (*post* causa H) CDH | sive] seu C | $nisi^2$] *add.* talis CDHKL 13 causa sit] sit a c. EM | metaphysicae] *add.* ut M | prius] *add.* et EFH 14 unum] *add.* et EF | actus] *add.* et AEFM 15 causatis] creatis L | unum primum] p. u. M | Quare – misit *om.* H | ille] ibi DF in ABM | ille qui est] numquid enim L 16 misit] *add.* me ad res A *add.* etc. BF *add.* ad illos M 17 perfectissimus] *add.* est CL 18 autem *om.* F

[1] Cf. supra lib. I q. 1 n. 68-73.
[2] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 12-16).
[3] **Averroës**, *Physica* I com. 83 (ed. Iuntina IV f. 22*vb*): "Et qui dicit quod prima philosophia nititur declarare entia separabilia esse peccat. Haec enim entia sunt subiecta primae philosophiae, et declaratum est in *Posterioribus analyticis* quod impossibile est aliquam scientiam declarare suum subiectum esse, sed concedit ipsum esse, aut quia manifestum per se, aut quia est demonstratum in alia scientia. Unde Avicenna peccavit maxime cum dixit quod primus philosophus demonstrat primum principium esse"; cf. supra lib. I q. 1 n. 20.
[4] Exod. 3, 14: "Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos".

Secundus est perfectior: tum quia absolutus, tum quia requirit perfectionem infinitam. Nam primum perfectissimum non est perfectissimum quod non est infinitum. Sed enti non repugnat infinitas. Primum movens respectum tantum dicit, et non necessario ex formali ratione sui requirit infinitam perfectionem. Qui autem habet perfectiorem conceptum de subiecto, potest perfectius de ipso ostendere 'quia' per illam[5] in effectibus qui ducunt ad cognoscendum esse de tali conceptu.

5 Confirmatur: si metaphysicus non consideraret esse de Deo [2] nisi sicut demonstratur a physico, non cognosceret nisi de primo movente, et ita non haberet aliquam notitiam quod subiectum suum est. Quia primum movens non est suum subiectum, nec sequitur 'primum movens, igitur primum ens', sicut non sequitur 'prima nigredo, igitur primus color'. Nec metaphysicus potest per ipsum ostendere de primo ente, amota ratione primi moventis. Quomodo etiam de movente ostenderet physicus primum nisi in hoc sit magis metaphysicus propter praedicatum quam physicus propter subiectum?

6 Responsio pro COMMENTATORE: praemissae ad 'primum ens' sumuntur ex motu.

7 Contra: licet physica sit prior doctriná quam metaphysica – quia sensibilia sunt nobis notiora[6] –, non tamen dicitur ipse[7] ostendere omnem conclusionem metaphysicam vel praemissas ad

1 Secundus] *add.* autem F 2 Nam] Et iam M | primum] *add.* illud AM | perfectissimum] *add.* ens BEFL | non – infinitas] sed si enti non repugnet infinitas non est perfectissimum quod (quia C^{1}DK) non est infinitum (*mg.* C^{1}) C^{1}DHK 3 perfectissimum *om.* AM | Sed] *add.* si BF 4 tantum dicit] *ante* respectum AFM d. t. BD | et non] non autem AM 5 formali – sui] sua ratione formali AM | sui] sua EL | infinitam perfectionem] infinitatem BCDFK | autem] *lin.* D^{1} 6 perfectius *om.* L | ipso] eo B illo E 7 ostendere] *ante* de AM | illam] illa ABDFM | qui] quae ABCLM 8 tali *post* conceptu AEM reali L 9 consideraret] consideret ALM | esse] est L *om.* H 10 a] *lin.* D^{2} 11 movente] Metaphysicae F | suum] *ante* subiectum AM *om.* F 12 suum] *lin.* E^{1} *post* subiectum BF 13 non] nec AM 14 per *om.* B | per ipsum] primum F 15 amota] *add.* a C | primi moventis] praemoventis C 16 nisi in] visum B 17 propter *om.* C 19 pro Commentatore] per Commentatorem F | praemissae] L' praecipue *mg.* L^{2} | ens sumuntur] est sumitur A est sive M 20 sumuntur] sumentur (*ante* ad F) BF 21 sit *om.* H | prior] *add.* scientia D 22 sunt nobis] n. s. F | dicitur] *ante* tamen AEM *om.* H | ipse *post* ostendere D ille C semper L 23 ostendere] ostenderunt F ostenderetur H | conclusionem] communem E' *restit. lin.* E^{1}

[5] Subintellige: perfectionem.

[6] Cf. **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 2 (AL IV^{1} 8; A c. 2, 71*a* 2-3): "Dico autem ad nos priora et notiora proxima sensui"; *Auctoritates Aristotelis* (ed. J. Hamesse p. 312).

[7] Videlicet, physicus.

omnem. Quia cum deventum fuerit – sive abstrahendo sive in doctrina – ad propria considerabilia a metaphysico, ex illis ostendit conclusiones suas. Ita et primum ens esse ostendit ex propriis; licet ista propria forte non fierent nobis nota nisi prius ordine doctrinae physica cognoscerentur.

Quomodo etiam scientia inferior stabiliet subiectum superioris, si ipsa superior non potest, secundum AVERROËM? 8

Item, genus substantiarum separatarum nullam unam rationem magis habet quam non-separatum habet cum primo, secundum ipsum, quia non nisi attributionem. Ergo tantum primum est subiectum ibi, non illud genus. 9

[Ad quaestionem]

[3] Tenetur ergo AVICENNA. Prima ratio[8] eius sic declaratur: 'si est' praesupponitur de subiecto, non de actuali exsistentia. Sed quod habet esse quiditativum – scilicet quod ratio eius non est falsa in se[9] –, tale 'si est' ostenditur demonstratione 'quia' a metaphysico de primo ente[10]. Ostenditur enim quod 'primum' convenit enti alicui, et ita quod iste conceptus 'ens primum', qui est perfectissimus subiecti – si esset hic subiectum –, non includit contradictionem. Ergo si aliqua scientia supponeret istum conceptum pro subiecto, alia esset prior de ente quae probaret primitatem de ente, quia conclusio demonstrationis illius esset prior tota scientiá de primo ente. 10

Secunda ratio[11] confirmatur de adaequatione quam importat 11

1 omnem] ens E | deventum fuerit] f. d. F | sive] *add.* (*lin.* D^{1}) in BD^{1}F 2 considerabilia] consimilia D 3 et *om.* ABM | esse *om.* H | ostendit] ostendet AEM | licet] quia E sed F 4 ista] illa BCDFH | nobis nota] nota n. F | ordine *om.* F | doctrinae] naturae CD'FHL' *restit. lin.* D^{2} *mg.* L^{2} 5 physica] *ante* prius B 6 Quomodo – Averroëm] *mg.* D^{1} | etiam] autem AEM | stabiliet] stabiliret H 7 ipsa *om.* AEM 9 habet *om.* C | cum primo] tamen primum AM 10 nisi] in H' *restit. mg.* H^{1} | est] *ante* primum B erit (*post* subiectum M) AEHM et F 13 Tenetur] Tunc M | ergo] hic L | Avicenna] *rep.* L Averroës D' *restit. mg.* D^{1} | Prima] *add.* est B | ratio *post* eius F ratione L | eius *om.* B 15 quod *om.* C | eius] est L | in] secundum AM 16 si est] sicut B | est] *lin.* L^{2} 17 Ostenditur] Oportet AM *not.* vel sic: Oportet enim quod primum conveniat etc. D | convenit] conveniat AEM | enti alicui] a. e. AM 18 quod] quia CL | ens primum] p. ens AEM | perfectissimus] perfectius D 19 esset] est AM | subiectum] obiectum H 20 supponeret] praesupponeret AEM | istum conceptum *post* subiecto BF 21 primitatem] praecedentem ACD' ELM *not.* alia littera: primitatem D | de²] *add.* primo BC 22 tota] potentia L 23 Secunda ratio] R. s. L

[8] Cf. supra n. 1; scilicet quia Deum esse probatur hic.

[9] Resp. **Aristot.**, *Metaph.* V t. 34 (AL XXV^{2} 113; Δ c. 29, 1024*b* 27-28): "Oratio vero falsa quae est non entium, in quantum falsa, unde omnis oratio falsa diversi ab eo cuius est vera".

[10] Cf. **Aristot.**, *Anal. post.* II c. 1 (AL IV^{1} 69; B c. 1, 89*b* 23-35).

[11] I. e. secunda ratio Avicennae, scilicet quod 'ens' est commune; cf. supra n. 1.

primitas. Quaere libro IX, 5 quaestione[12]. Quando ergo omnibus consideratis in scientia est aliquod commune per praedicationem, illud adaequat. Non quaeritur aliquod primum virtualiter adaequans nisi quia deficit commune formaliter adaequans. Ens autem unius rationis. Quaere alibi[13]. Ergo adaequat.

12 Confirmatur: prima scientia est scibilis primi.

---

1 Quaere] *add.* in AEM | quaestione *om.* H | ergo] *add.* in F 2 per – aliquod] *mg.* L^2 3 quaeritur *post* primum B quaere *mg.* L^2 4 commune] perfecte L | Ens] Est B 5 adaequat] adaequatur E 6 est] *mg.* L^2 *om.* BC | scibilis primi] p. s. ABEM | primi] *add.* explicit liber VI F

[12] Cf. infra lib. IX q. 5 n. 28.

[13] **Duns Scotus**, *Lectura* I d. 3 p. 1 q. 1-2 n. 97-113 (XVI 261-267); *Ordinatio* I d. 3 p. 1 q. 3 n. 131-151 (III 81-94).